



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Ferdinandus de Santaren.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

ficantem volare visa est non
semel, sanguinis fundendi in-
dex. Cædendum in fidei
odium prædixit Alphonsus
Rodriguez; id quod hoc de-
mum die patratum est. In
huius quoque cadauere cili-
cium est repertum.

Mortif.

*P. Ferdinandus de San-
taren.*

Per annos 23. in missioni-
bus Indiæ versatus, virgini-
tate, ac sanctimonix laude
illustris asperrima multa per-
pessus est. Supra 40. noua
templa istic erexit: & vt mi-
nimùm quinquaginta millia
capitum suâ manu baptiza-
uit. Aliquando à duobus
Indis petijt arbori alligari, &
dorso toto flagris concidi.
Magna in illo eminuit cu-
stodia oculorum, suavis pla-
cido in ore verborum vis ac

*Hispanus
in Tene-
rapa.
20. Nou.
1616.*

*Fides.**Mortif.**Oculi.*

Q 4. ro-

Patientia.

robur, & dulcissimæ in tot periculis ac rebus asperrimis è cælo voluptates. Aiebat; quòd *velle ærumnis carere sit idem ac velle Christo tergum obuertere, atque illum solum sub Cruce relinquere.* Finem ærumnarum reperit in morte, quam illi Tepeguani odio fidei, quæ latius se porrigebat, accensi intulêre. Cùm cæderetur humi abiectus, rogabat; *eccur occideretur.* Respondêre barbari: Satis superque esse causæ ad cædem quòd *Sacerdos Christianus esset.* Ita illi clauâ contractum caput, cerebrumque dispersum est.

*Fides.**P. Ægidius de Abren.*

*Iustinus.
Iacatra.
incerto
mense.
1622.*

In India orientis, cùm in Iaponiam proficisceretur, ab hæreticis Batavis tentus, biennio in carcere salutari-

ter